Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



confirmat auctor eminentissimus musicen
esse cum diuinarum rerum cognitione
connectam/ Quod nos intanta rerum
naetate diremus/ Cum alij suadeant hac
disciplinam. alij dissuadeant/ Sed certe
non ars despiciturr/ neq; illius reprehen
ditur usus/ Sed minius usus excludendus
est/ Non esset ergo hymnos discipline mediocres
fugienda cognitio. si preceptores non
uiciosi reperirentur. plurimum nam
spiritus reficit/ et ad tolerantiam la
boris exhilarat mentes/ non immoderatus
neq; lasciuus/ musicorum concentus
hinc pythagoricos mos fuit. et cum
irent cubatum/ et cum mane surgerent
Siquid tristicie foret/ Vt lyra suauiter
concrepante/ diluerent/ Artis autem
hymnos repertorem Alij pythagoram Alij
moysen Alij Tubal pdicant/ Sed miror
ego de pythagora fuisse gentilium opi
nionem/ Cum nemo poetarum non orpheum
musice peritissimum referat. qui pytha
goram non annis sed seculis antecessit

Vt pueris et geometria et arithmetica est ostendenda

Est et Geometria teneris etatibus
ostendenda. nam et ingenium aciuit
et animum ad percipiendum celerem
reddit/ hec et Arithmeticam secu
trahit/ Cum sit in numeros atq; in formas